



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 179. Rochisana perorando lingua, & memoria hærens

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

bus Rochisanam atris coloribus depingere haud omisit; vix tamen ulla eorum, quæ dixerat, ratio habebatur; prævalebat enim affectus, quo Rochisanam prosequerentur Bohemi, eumque velut Archiepiscopum suum, etsi literis Apostolicis careret, venerabantur.

Sæcul. XV.
A. C. 1448.

§. CLXXIX.

Rochisana perorando lingua & memoria hærens.

Refert Cardinalis Papiensis, placuisse Bohemiarum Proceribus, ut Rochisana crimina sibi a suis adversariis impacta palam dilueret, datumque ei hanc in rem fuisse sufficiens temporis spatium, ut orationem componere, ac memoriæ tradere posset. In illa unice intentus erat Rochisana, ut longas meritorum suorum, necnon obsequiorum, quæ Patriæ suæ præstitisset, centurias jactabundus enarraret; ipse diem, in qua peroraret, sibi selegit, omnesque Regni Proceres, ipsumque Legatum, ut eum percipere velent, rogavit; id etiam ipsimet Catholici a Legato impensius petebant, veriti, ne Hussitæ ex ejus absentia compendia traherent.

Igitur Rochisana sermonem suum orditur ab his verbis: videlicet: *Æternum Patris Verbum*; Attamen Deo testatur.

Hist. Eccles. Tom. XXVIII.

O meri-

Sæcul. XV. meritatem Viri castigante, confestim me-
A. C. 1448. moria fallitur, non solum orationis, quam
 jamjam dicturus esset, oblitus, sed etiam
 omnibus scientiæ suæ adminiculis, quibus
 sermonis sui defectum supplere posset,
 omnino destitutus hæsit, sæpius in va-
 riato vocis sono, ac corporis situ, semper
 tamen irrito conatu auxilium quæsit, at-
 que iterum ac tertio, ex longis semper
 intervallis idem orationis initium resu-
 mens, progredi ultra non potuit, sem-
 perque coactus est obmutescere, totius
 confessus ludibrio expositus.

§. CLXXX.

*Legatus dicentem excipit, ac sermonem
 prosequitur.*

*Papiensis
 Comment.
 in fine.*

Legatus, Rochisanæ rubori, ac meritæ
 confusioi aliquatenus consulturus,
 cum linguæ latinæ peritissimus, ac aliun-
 de doctrinæ fama longe celeberrimus
 esset, mira facilitate Rochisanæ silentium
 correxit, idemque sermonis initium re-
 petens, non minus invicto animi robore,
 quam verborum pondere, atque efficacia
 disseruit, strenue Bohemos adhortatus,
 ut abjurato errore ad Ecclesiæ Romanæ
 unitatem redirent. Singulare prorsus
 modestiæ suæ specimen præbuit Lega-
 tus, dum amplissima hac, & fatis oppor-
 tuna, qua Rochisanam coram celebri hoc
 con-